

Tot. mendacia quot  
verba.

Pag. 29.

tificiæ Religionis principibus, eorumque legatis, utramque Confessionem simul accipere recusabat; alteram earum, quam vellent, accepturum sese receperat. Non enim putabant posse fieri, ut tantus esset doctrinæ consensus inter Principes & civitates: Itaque Cæsari autores fuerunt, ut id peteret, quod confici posse non putabant. Honoris autem causa concessum fuit, ut sola principum Confessio exhiberetur Cæsari & statib. Imperij: Altera verò, nempe civitatum Confessio à principibus etiam est approbata, à nemine reprehensa: & quod majus est, à Cæsare non improbata, & una sola quævis, aut cuiusvis postulata.

Sleid.

lib. 7.

Pag. 115.

edit. Ge-  
nev.

50. *Quid? anne à Cæsare improbata non fuit Tetrapolitana illa? Quid igitur Sleidanus? Argentinenfibus atq; socijs (attendite vos Sacramentarij) domum Cæsaris evocatis, in ordinum confessu recitata est ipsorum Doctrinæ CONFUTATIO, scriptum prolixum, & valdè ACERBUM, ea parte potissimum, ubi de cœna Domini tractatur. Quid quæso erit unquam improbare aliquid, Si hoc non est?*

51. *Quo ad Principes, anne hi eam suo calculo ac suffragio approbarunt? Sic sanè Rhetor noster nugatur.*